



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Vtrum præcisè tertia pars Angelorum ceciderit? Sectio XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

colligit peccatum esse veluti quādam violentiam, quae fit naturae rationali, eo quod naturale sit homini secundum rationem vivere: quam ob causam D. Tho. i.p.q. 63, art. 1. docet virtutē esse homini naturale secundū quādā inchoationē, quatenus in voluntate inest quidā naturalis appetitus boni, quod est secundū rationem.

Vtrum praecepsē tertia pars Angelorum ceciderit?

SECTIO XII.

Et si hoc loco non sit sermo ad literam de casu Angelorum, sed de subuersione fidelium extremis temporibus mundi, qui ob causas suo loco cōmemoratas stellæ dicuntur: quia tamē Doctores Scholastici cōmuniciter hanc stellarum ruinā de Angelis interpretantur, idque volunt significari à Ioan. cum ait draconem traxisse cauda tertiam partem stellarum de celo, misissēque in terram, draconis nomine Luciferum accipientes: id nunc eorum gratia exequendum est, num verē tertia pars Angelorum ē celo ceciderit, quemadmodum videtur significari à Ioanne?

Quæstio haec multa complectitur. Primum enim explicandū est, vtrū tot praecepsē homines assumendi sint in gloriam, quot Angeli ceciderūt: Et quidē fuerūt plerique, vt refert D. Th. i.p.q. 23, art. 7. qui existimarūt tot praecepsē ex hominibus esse prædestinatos, quot ex Angelis corruerūt: cuius sententia videtur fuisse D. Bern. derm. 68. in Cant. & auctor li. de dilig. Deo c. 3. poteſtq; confirmari ex verbis illis D. Thom. PL 109. Indicabit in nationib. implebit ruinā: quib⁹ videtur indicari illos tantū homines esse prædestinatos qui ruinas Angelorum supplerē possint. Alij volūt plures ex Angelis: sic enim existimat. D. Bern. pfd. 109. 6. Alij denique putarunt tot esse homines prædestinatos, quot Angelis remanserūt: quod disertis verbis affirmat. D. Gregor. hom. 34. in Euangelia. Suprema, inquit, illa civitas ex Angelis, & hominibus constat: ad quam tantum D. Anselm. credimus humanum genni ascendere, quantos illic contigit electos Angelos remansisse. Verum hoc in re nihil certi definiri potest, meliusque est cum D. Thom. loco citato, & ipfa etiam Ecclesia confiteri soli Deo cognitum esse numerum electorum.

Hinc rursus alia necritur dubitatio, an Angeli sint in maiori numero, quam vniuersi homines, qui sunt, fuerunt, & erunt? & quidem ex iis, quæ paulò ante dicta sunt, videtur cōfici multō plures esse homines vniuersi, quam omnes Angelos, si verum est tertiam partem Angelorum cecidisse. Nam si tothomines ut nimirum sunt prædestinati, quot Angelii corruerunt, cum tertia pars Angelorum cederit: ex hominibus autem, non dico tertia, sed nec decima quidem pars saluctur computatis omnibus infidelibus: perspicuum fit multō maiorem esse numerum vniuersorum hominum, quam vniuersorum Angelorum: siquidem tertia pars Angelorum, iuxta hanc sententiam multō minor est, quam tertia pars hominum, cum tertia pars Angelorum, quæ cecidit, suppletatur non ex tertia, immo nec ex decima parte hominum. Dicendam tamen videtur multō maiorem esse numerum Angelorum quanquam Lud. Mōl. in comm. i. part. q. 50. art. 3. disp. 2. nihil hac in re audeat statuere, & argumenta vtriusque partis dissoluat.

Verum Angelos in maiori esse numero, quam homines, qui sunt, fuerunt, & erūt præterquā quod ipsa Angelorū præstantia videtur postularē, nō rob̄scure si- gnificari videtur locis illis sacrae scripture, quæ de Angelorum multitudine disserūt, veluti Dan. 7. Millia milliū ministrantur ei: & decies centena millia assistebant ei. Iob 29. Nunquid est numerus miliiū eius? Mat. 26. exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum: & Apoc. 5. Audiri vocem Angelorum multorum: & erat numerus eorum millia milliū: quibus in locis ponitur numerus certus pro incerto: & procul-

I.

II.

Sintne tot

homines sal-

uandi, quot

Angeli ceci-

derunt.

D. Bern.

dorm. 68. in Cant. & auctor li. de dilig. Deo c.

PL 109. Indicabit in nationib. implebit ruinā: quib⁹ videtur indicari illos tantū homines

Auctor li. de dilig. Deo.

pfd. 109. 6.

Plures esse

predestinatos

in qui affirmēs.

D. Anselm.

D. August.

Tot esse, quot

Angeli re-

manerunt,

affirmit.

D. Gregor.

III.

Sintne An-

gelii in mai-

ri numero,

utramque

hominum.

IV.

Plures esse

statuuntur.

Dan. 7. 10.

Ioh 25. 3.

Matt. 16. 53.

Apocal 5. 11.